dilationem sibi non recipiendo, nullasq[ue] motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia p[rae]s[e]ntis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus, fatalijs Iuris praescriptione Terrestri, bello Conventioneq[ue] ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo, Itaq[ue] sua praesenti personali Recogn[itio]ne ad praemissa omnia mediante.

1/VII 1669

Vigore Feria secunda in Vigilia Festi Visitationis Beatissimae Virginis Mariae Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo nono.

Komarnicki Conti Reformat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Praemislien[sibus] nobilis Waśko Komarnicki [illegible] sanus mente et Corpore existens à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis proprijs et competen[tibus] recedendo. Praesenti v[er]o Castrensi Capitaneali Praemislien[si] Iurisdictioni quoad actum hunc attinet seuum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo palam liberè, publicè ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Fesia Komarnicka nobilis olim Wasil Komarnicki [illegible] filiae suae v[er]o Recognoscentis Conti legitimae eiusq[ue] posteris summam Triginta florenorum polon[icalium] ratione veri dotis et expeditionis post ipsam accepto et in domum suam importato, nec non aliam similem summam Triginta florenorum Polon[icalium] ratione certi, veri, iusti, et liquidi dotalitij, in et super tota et

integra

et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum, obligatoriorum, mobilium et immobilium, summarumque quarumvis pecuniarum, nec non auri, argenti, clenodiorum, unionum, margaretarum, vestium vestimentorum, stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum, peculium, equorum equitiarum, ac totius supellectilis domesticae nunc habitis et in post habendis, dedit, dotavit, dotalitavit, inscripsit et reformavit, prout dat, dotat, dotalitat, inscribit et reformat praesentibus. Per ipsam Nobilem Tescia Komarnicka sui Recognoscentis Consortem Legitimam et ipsius posteros eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium, cum universis ipsorum utilitatibus et usufructibus competentiaque et praerogativa quavis tenendi, habendi, et possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad usus suos et suorum successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi, vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum.

Idem Jaworskiey Debet.

Comparens personaliter coram Officio hocque praesenti Castrensi Capitaneali Premisliensi Nobilis Waśko Komarnicki Dzierzbicz sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet seque successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Nobili Marianni Jaworska Nobilis Stephani Jaworski Ihnatowicz cum Nobili Nastasia Komarnicka procreatae filiae eiusque posteris summam Triginta florenorum polonicalium monetae et numeri in Regno currentis, quemlibet florenum grossis triginta Polonicalibus computando et numerando certi, veri, iusti, et liquidi debiti, mutuatae apud ipsam per se Regnantis pecuniae tenetur atque debet. Quam quidem suprascriptam idem Recognoscens Nobilis Waśko Komarnicki Dzierzbicz se suosque successores in et super bonis suis generaliter omnibus haereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus, summisque pecuniarum quibusvis habitis et habendis suprascriptae

Nobili